



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

XXIV. Markgraf Ludwig erläßt der Stadt Brietzen die Urbede, so wie den Zoll vom Markte und Holze, und vereignet ihr die neue Mühle, am 6. Nov. 1348.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

Vngeldariis et Theolonariis terrarum et principatum suorum sincere sibi dilectis gratiam suam et omne bonum. Prudentes viros civitatis nostre Brizen Consules et cives presentes et futuros, ipsorum perpeffis laboribus confideratis, quos constanter et fideliter nostri nomine pertulerunt, a datione cujuslibet theolonei sive Vngeldi libertavimus et proviso consilio libertare decrevimus presentium testimonio litterarum. Quare ut vobis divisim aperitur ipsos aut ipsorum alterum sine theolonei et Vngeldi exactione sive receptatione pro suis commodis et placitis pertransire faciatis, volumus, nichilominus vobis injungimus, gratie nostre sub obtentu. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Spandow Anno Domini M. CCC. quadragesimo tercio, in castino beate Marie Magdalene.

XXIII. Markgraf Ludwig gestattet der Stadt Briegen eine Wassermühle zu erbauen, am 23. Dez. 1347.

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod Nos Ludovicus, Dei Gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie et Carinthie Sacrique Romani imperii Archicamerarius, annuimus presentibus et favemus discretis viris consulibus et universitati civitatis nostre Bryzzen, fidelibus nostris dilectis, quod infra vel extra muros civitatis ejusdem in metis et limitibus ipsius, ubi melius et convenientius ipsis expedire videbitur, unum molendinum aquis ductile de novo locare, construere vel edificare poterint, de nostra gratia seu licentia speciali, quam ex nunc ipsis largiter erogamus: quod quidem molendinum locandum, fundandum seu construendum dicte civitati meritorum suorum fidelium nobis exhibitorum et adhuc exhibendorum consideratione damus presentibus et donamus sic, quod cum omnibus suis usibus et emolumentis ad ipsam civitatem debet pacifice et quiete perpetuis temporibus pertinere. In cujus testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes sunt strenui viri Johannes de Buch, Friedericus de lochen, noster capitaneus, Valke de Lezenitz, milites, Gerek Wolff, Busso Gruelhut cum ceteris fide dignis. Datum Berlin Anno Domini M. CCC. quadragesimo septimo, dominica die ante Nativitatem Domini.

XXIV. Markgraf Ludwig erläßt der Stadt Briegen die Urbede, so wie den Zoll vom Markte und Holze, und vereignet ihr die neue Mühle, am 6. Nov. 1348.

Noverint universi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludovicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie et Carinthie Sacrique Rom. Imperii Archicamerarius, Tirolis et Goritie Comes, nec non ecclesiarum Aquilegiensis Tridentin. et Brixensis Advocatus, pensantes et considerantes fidelitatis constantiam discretorum virorum consulum et universitatis nostre Bryzen, nobis hactenus exhibitam et in antea nobis et heredibus nostris fidelius exhibendam, et in refusione laborum et expensarum propter nos et conservationem nostri ut plurimum habitaram et etiam ob id, ut nobis nec non heredibus nostris ut veris et legitimis dominis suis sine

transgressione qualibet, presentes et futuri Consules ac communitas civitatis nostre prenotate perpetuo fideliter commaneant, ipsos a pensione sua annua videlicet quadraginta marcarum argenti Brandenburgensis, quarum medietatem in festo beati Martini et residuum in festo beate Walpurgis annis singulis erogabant, libertavimus et presentibus libertavimus sic, quod ab eadem pensione per nos et heredes nostros sine omni exigentia liberi et exempti fore debeant curibus temporum sempiternis, Dantes etiam et jure hereditario conferentes ipsis presentibus et posteris in premissorum restaurum theloneum fori aut lignorum seu quocunque nomine censeatur, quod hactenus in prenotata civitate nostra temporibus annuis tenuimus et possedimus, Vasallorum ac ceterorum nostrorum fidelium Censu seu redditibus annuis salvis, in antea perpetuis temporibus sine inquietatione nostri, heredum et officiatorum nostrorum quorumlibet tenendum et in usum civitatis nostre dirigendum pariter et habendum. Appropriavimus et presentibus appropriavimus prenotate civitatis nostre Consulibus et universitati presentibus et futuris molendinum aquaticum intra fossata civitatis nostre jam sepius tacte actu constructum vel idem in alio loco super ipsorum ac civitatis proprietate nostris ad hoc consensu et voluntate benivola adhibitis, pro suo beneplacito voluntatis construendum sic, quod usus et redditus annuos de ipso molendino derivatos derivantes et derivandos in commodum ac utilitatem civitatis convertere sine omni nostri et heredum nostrorum impedimento potuerint, prout ipsis melius videbitur expedire. In cujus rei testimonium presentes dari fecimus sigilli nostri appensu munimine firmiter communitas. Testes vero hujus sunt nobiles viri Guntherus Comes de Swartzenburg, Dominus in Spreimberg, nec non strenui viri Friedericus de Lochen, Ulricus Wilbrant, Dypoldus Hele, Marschalcus noster, Johannes de Hufen Camere nostre Magister, nicolaus valk de lizenitz, Hartmannus Mager, Wolfhardus de Satzenhouen Milites et Nicolaus de Wulkow cum ceteris pluribus fide dignis. Datum in castris prope villam Bardenitz, Anno Domini M. CCC. XL octavo, feria quarta proxima post festum omnium sanctorum.

Altbens Waltem, III, 491.

XXV. Die Stadt Beelitz verbindet sich mit der Stadt Brieggen zur Treue gegen den Markgrafen Ludwig, am 7. März 1349.

Wir radmanne von Belitz bekennen das offentlich in disen priue, das wir mit der vulbort vnser purger gemeinn haben vns vereynet vnd zusamen gelobet mit den radmanne von der Britzen mit der Vulbort irrer Purger Gemeine, das wir nimmer getreden oder gelassen willen von vnfern Herren Marggraf Lodewich Marggraff zu Brandenburg vnd sinen rechten erben — Geben zu dere prifn Nach Gotis geburt dufent vnd dreyhundert Jar vnd in den nuen vnd vircigesten Jare, an dem sonnabent nach aller man Valle vnder vnfern Ingesigil.